



Exodus cap: 7.



Exod: cap: 7.



Exodus cap: 11.



Exodus cap: 8.

DISQUISITIONVM
MAGICARVM
LIBRI SEX.

IN TRES TOMOS PARTITI.

Auffore MARTINO DELRIO Societatis IESV
Prelbytero Sacrae Theologiae Doctore, & in
Academia Gratienfi S.S. Professore.

TOMVS PRIMVS

NVNC SECYNDIS CVRIS AVCTOR
*longe additionibus multis possum infortis: correctior
quoque mendis sublatis.*



LUGDVNI

Apud IO PILLEHOTTE sub signo nominis IESV.

M DCIII.

CVM PRIVILEGIO.



Exodus cap: 10.



Exodus cap: 8.



Exodus cap: 10.



Exodus cap: 8.



Exodus cap: 8.



Exodus cap: 9.



Exodus cap: 9.

C) del conuict. Carolo. Rinconexa





SERENISSIMO

PRINCIPI ERNESTO,

ARCHIEPIS. COLONIENSIS,

S. R. I. PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO

& Principi Electori: Episcopo Leodiensi, Administratori Mo-

nasteriensi, Hildeshiemensi, Frisingensi, & Strabulensi: Comiti

Palatino Rheni, Duci vtriusque Bauariae, Angariae: Vvestpha-

liae, & Bullonen. Marchioni Francimontensi: Comiti Lossensi,

Longiensi, Hornensi, &c. Bonorum & litteratorum Patrono.

MARTINVS DELRIO SOCIET. IESV

PRESBYTER, SE SVA QVE LAM. D. D.



VNIVERSÆ *Magia*; quæ diuinae huma-
næq; sapientie pars magis, & arabidita; sic erui-
digna, **DISQUISITIONES**; lucubratione
arduâ & multiplicem (**PRINCEPS** **SER-**
ENISS), humiliter adfero. Equidem vere-
bar docti Principis iudicium subire; sed, quia sub-
eundum alicuius, cum elegis qui posset iudicare. Non **TELAM**
magis, quam **CENSURAM** amantura & resu doctus à pe-
ritis doceri & moneri malle, quam ab imperitis suspici & laudari.
Quod pauci **PRINCIPES**; ad ingenti acrimonia, & iudici
prestantiam, multam lectionem, & eruditionem, & ad hanc
SECRETORUM NATURE diuturnam experientiam,
sollertex prudenterque adiunxisti. Quâ diligentia consecutus est, &
intermissam à **REGIBVS**, tot iam seculis, philosophiana consue-
tudinem, **REGALI** dignam solio, reuocaris, & illorum laudatiss-
simorum **PRINCIPUM** quorum, dum tempus erit & homines



MARTINI DELRIO

PRESBIT. SOCIE-
TATIS IESV.

LIBER PRIMVS.

De MAGIA in genere, & de NATVRALI ac
ARTIFICIOSA in Specte.

CAPVT I.

De Superstitione, & eius speciebus.

A **E**TYMOLOGIA nimis curiosè D. Isidorus scrutatur his ver-
bis *supersticio dicta eo quod sit superflua aut superstata observatio. Alii
dicunt, à senibus, quia multis annis superstites, per etatem delirant, & er-
rant superstitione quadam, nescientes quæ vetera colunt, aut quæ veterum
ignari asciscunt. Lucretius autem superstitionem dicit superstantium re-
rum, id est celestium seu diuinarum quæ super nos stant: sed malè dicit. } non malè si
analogiam, sed si mentem spectes. Nam Epicureus poëta nullam Deo rerum
humanarum curam esse censebat, & ideo supremi numinis timorem supersti-
tionē vocabat, eo quod, quā horribili aspectu, timor iste mortalibus superitet
& impendat, alludit enim ad versus illos Lucretii:*

*Humana ante oculos fadè cum vita iaceret.
In terris, oppressa grani sub religione,
Quæ caput à cæli regionibus ostendebat.
Horribili super aspectu mortalibus instans.*

Nam Lucretio, vt & aliis gentilibus, religio ponitur pro superstitione: Ety-
mologia autem illa etiam Seruio placuit: cui, ¹ *supersticio est, superstantium rerum*
(id est celestium & diuinarum quæ super nos stat) inanis & superflua timor. De seni-
bus quod addit Antistes Hispalensis, non est eius commentum, sic enim Do-
natus, vel quisquis ille: ² *superstites sunt senes vel anus, quia etate multis superstites in*
B *delirant. Unde & supersticiosi, qui Deos timent nimis, quod signum est deliramenti.* Chri-
stianis scriptoribus nomen superstitionis in malum sumi solet, etiam in illo
D. Pauli; ³ *Viri Athenienses per omnia quasi supersticiosos vos esse video.* Sircacè est,
nimios in cultu dæmonum? *Græcè δεισιδαιμονισμοῦ equo superstitioniores: eò*
scilicet, quod vano dæmoniorum timore, lapides, ligna, spiritus, ignota quo-
que & ambigua numina coletent. Quo sensu gentilium errorem Patres Super-
stitionem nuncupant, non Religionem; nisi additâ vanæ vel falsæ denotatione.
Quo

lib. 8. Orig
cap 3.

lib 1

1 in VIII.
Aencid.

4 in Terent.
Andr.

5 Act. 16. v. 24.

voluntate vehementissima.

Q. 25. Quid Diabolus queat in anima à corpore separanda, ipsaque separatione? ubi de ecstasi & admirandis circa cadauera.

*Ecstasis naturalis, & demoniaca modi. Lap-
piorum ecstasis mira. Olavi notatus. A
Errores hac in re Cardani, de. spon- B
no raptu. Virginis Cesar Augustiana, &
Magdalena Crucia raptus. Bodini er-
ror refellitur de anima corpus relinque-
te. De errore Armenio, de Aristeo Proco-
nesio. De anima militis ex ore imagine
mustela egressa & ingressa. Finnis, Hier-
moryno. Locus Psal. 115. v. 15. Qualis D.
Pauli raptus? dubium, nec sequenda de-
cisio B. Hildegardis. Aphoresia & ecstas-
is differunt. Error refellitur confun- C
densium raptus diuinos cum magicis.
De raptu disquiruntur scripta Moceni-
gi. Quale sit subiectum raptus. Quae cau-
sa formalis. Quae finalis. Quae efficiens.
& quomodo hac duplex. Quomodo con-
currat intellectus agens. Raptus superna-
turalis ex parte hominis est inuolunta-
rius. Exemplum virginis Bergensis. D
Non potest intellectus agens solus esse
causa raptus efficiens. Deus quomodo in-
tellectus, & multa cognoscit extra se.
Auerroes suos inducit in graues errores.
An raptus omnis successiuus. Diabolus
potest occidere homines. Multa potest
in cadaueribus mortuorum. Vt sanguis E
fluat, ut cadauera non putescant, nec pu-
rescant. Hoc etiam naturaliter fit, ut in
cadaueribus Persarum. Et unde hoc pro-
ueniat, diuersae causae. De cadauere in
Elixa. Item ne cadauer comburi possit, quae
causa. Vt capilli & barba despiculorum
crescant. Miraculum crucifixi Dam-
mensis. Furor iconoclasticus.
Miraculum in puero Lintziensi.*

Q. 26. An opera daemonum fieri possit, ut spiritus seu animae defunctorum uiuentibus appareant?

Vtrum anima unquam queant apparere.
Et fusissime probatur pars affirmatiua
contra Epicureos, Lucretium & alios

nostri temporis hereticos.

SECT. 1. Notata temeritas Magij, Tiraquel-
li & aliorum.

Gentilium prisca sententia, etsi uana, pro
nobis tamen. Patet uerbis poetarum,
patet ex Necyomania, Et ritu ani-
mas peregre mortuorum in patriam
reuocandi. Violenter occisos, esse ve-
xatores suorum homicidarum. Remu-
ria, Silicerna, culina parentatio-
nes. Platonis & scelatorum de hac re
doctrina. Quid Genij, Lares, Laruae,
Lemures, Manes. Differentia animae,
umbra, simulachri. Exempla apparitio-
num à gentilibus tradita uaria. Ler-
mun.

SECT. 2. Philosophia recta idem docet.

Quomodo anima sit in loco, & moueatur
localiter. Conciliantur modi loquendi
uarij. Possit una anima in pluribus
locis esse, & quo pacto. Quomodo mo-
ueatur loco. Quomodo corpus subeat &
intret.

Possit animas oculis corporeis, uel alio sensu
percipi, & quomodo.

Cardani dictum ridiculum explosum.

Cesarij Cisterciensis dictum de forma ani-
mae separata perpensum & explicatum.
Visio & visum differunt. Apparitio tri-
plex: Intellectualis, imaginaria, corpora-
ta, & quid singula. quo pacto fiat spiri-
tualis, quo pacto corporea. An anima seu
spiritus defunctorum aliquando assumat
corpora?

Moses quo in monte Thabor modo appa-
ruerit. Temerarie id dictum Aug. Thua-
ry & iudicium de eius Tragedia. Item
de ijs qui cum Christo Domino resurre-
xerunt.

Quando anima apparet in corpore aereo,
an ipsa, an angelus hoc fabricetur, &
quo pacto? Item quomodo subeat corpus
& illud moueat.

SECT. 3. Quo pacto debeat, & uile sit Deum
hoc aliquando permittere.

Est uile ipsis animantibus.

Locus 2. Corin. 5. v. 4.

Est uile nobis uiuentibus.

Quo

MAGICARVM
DISQVIVITIONVM
TOMVS SECVNDVS,

Secunda cura correctior & auctior

IN QVO AGITVR

DE MALEFICIO, VANA
OBSERVATIONE, DI-
VINATIONE, ET CON-
JECTATIONE

AUCTORE

MARTINO DELRIO SOCIETATIS
IESV PRESBYTERO, SACRAE THEO
logiae Doctore, & in Academia GRAETIENSI
S.S. Professore.

DISQVIVITIONVM
MAGICARVM TOMVS
MVS TERTIVS.

SEV
IVDICVM ET CONFES-
SARIORVM DI-
CTIONI COM-
MODA.

Hac vltima cura emendacior, auctiôrque

AVCTORE,

MARTINO DELRIO, SOCIETATIS
IESV PRESBYTERO, SACRAE THEOLOGIAE
Doctore, & in Academia Grauenss SS. Professore.

AAA



SERENISSIMO PRINCIPI.

ERNESTO ARCHIEP.
COLONIENSIS ET S.R.I.
ELECTORI, EPISCOPO
LEODIENSIS, &c.

MARTINVS DELRIO SOCIETATIS
IESV Presbyter S.



IPPOCRATIDARVM more: quibus prima cura morbi originem, secunda noxa vim & modum, tertia remedium, scrutandi: primo quoque tomo fascinarie luis scaturiginem: secundo cladis magnitudinem acerbitemq;, tertio medicamenta mali proposui. quem laborem non diffido bonis omnibus placiturum: imprimis C.T. quae tanta cura haecenus à ditione sua funestam pestilitatem admittitur profligare. Quam optandum foret ceteros

Principes, quibus similis dignitas est, in pari munere non disparem sollicitudinem prestare! Maeste animi PRINCEPS ERNESTE, insiste victoria. Lernaam excetram ne siueris rediuiuis capitibus repullulare. Nemini magis docet filij perditionis anteambulombus, in quibus mysterium iniquitatis iam operatur, bellum indicere, quam legitimis successoribus Apostolorum. Petrus Simone, Paulus Elima, Iacobus Hermogene, Ioannes Cynope victo de Magia triumpharunt. Monet Apostolus non temerè illis à Deo gladium datum, sed ut Dei ministri sint, vindices in iram eis qui malè agunt. T. quidem Cels. ambo glady crediti, & utriusque fori tribunal commissum. Magis nefarios, aut noxios Ecclesia aut Resp. fascinariis, nullos arbitror existere, cades & paricida illis conuiuia sunt, elementa turbant, soli pernicies, calz iniuria, Dei odium quorum, indulgentia & remissio numerum auget, perfidiam acuit, malitiam indurat. Quem non hac irritent? me quidem percussere, & Zelus honoris diuini impulit hoc quicquid est operis aggredi, & Deo benè iuante, non segniter, study in Catholicam Remp. & erga C.T. obseruantiae meae monumentum exigere, & ALEXICACO ALCIDAE me Iolaum adiungere, animo quam viribus maiore, ab illius propensione, non ab horum merito, munusculum velim aestimari. Lonanij. 5. Kal. Mart. Anno Seculari Sextodecimo.

2. Thel. v. 7

Narrant. B. Lucas. D. Clement. j. Abdias, & Prochorus.

Rom. ij. v. 4



ANACEPHALÆOSIS DVODECIM SALVBRIVM MONITORVM QVÆ CONFES-

SARIIS IN PROMPTV
esse debent.

MONITIO I.

Dæmones esse.

IVM in homines atheos incideris, dubitantes an sint dæmones: vide lib. 2. q. 2.
proponant illis 1. id doceri a peritis S. S. verbis passim occurrentibus. 2. hunc perpetuū Ecclesie sensum fuisse. 3. hæresim esse contrarium defendere: quæ tria probantur à Theologis in materia de Angelis. 4. convincit ratio: effectuum quorundam mirabilium experientia, ut v. g. subito montem vnum loco mouere: bruta loqui, defunctorum simulachra oculis spectanda proponere: linguis incognitis loqui: res ferreas (sine magnete) argentæas pateras, aut similia magni ponderis super mensam locata, sine funiculo aut simili instrumento, attrahere, ab vno extremo ad aliud subsultantia: quod quis foliolum chartæ inter multa sit electurus: certò prædicere: chartam ab aliquo ex toto chartarum ludo extractam, in rambus extrahentis manentem, noua inducta figura, res facere immutari: facere vt tres vel plures diuersæ personæ de vana eademque re cogitent: vim imaginariæ alterius facere, vt de alia re vix cogitet, quæ ea quæ cogenti nocet: vix, dico, nam omnino vel voluntatem vel intellectum cogere, seu necessitate quadã absoluta ad id adigere, nec dæmò potest) facere specula, in quibus, quæ in diuam milliarib. fiant, videri possint trium horarum spacio arbuticulam veram spiritamque longitudine ex mensa facere excresecere; facere, certe lucernæ lumine accenso, vt quotquot adsunt malierus, vesibus se nudent, & quæ a natura docet regenda oculis obiciant, & sic nudæ tripudiare non desinant, quamdiu ardeat in medio apposta lucerna de potis adipe plena, & certis characteribus insculpta, & huiusmodi alia, quæ nobis circulatores ex Baptista à Porta scriptis & disciplina obtuduit, quorum cum nec naturales nec artificiosæ causæ proferantur idoneæ, spirituales causas effecticibus tribui debent, quæ sunt angeli, & dæmones.

MONITIO II.

Non licere vllum pactum v: l amicitiam cum dæmonibus inire.

QVI putant non esse magnum peccatum cum dæmonibus factis, pactum vide lib. 2. q. 4.
& lib. 4. par.
post. q. 4.
sect. 3.
aut familiaritatem habere, doceantur primò, quanta sit vis & dignitas primi præcepti prioris Decalogi tabulæ. Nempe illud vt ordine, & sic dignitate primum esse. Nam digniora esse, ratione obiecti, tria primæ tabulæ septem